Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 299

, 217.

" Nuerenbergenses in foro conscientie et pro
" animarum suarum salute super transmis-
" sis articulis pie petant edoceri". Annino,
ta nulla adjecta est. Simile responsum ex-
hibet Schelhorn in amoenit: litt: T. XI. p. 222.
Sed nostrum non est.

Cod: CCXCIX.

L 4. Z.

Chartac: Fol: Saec: 15.

Francisci de Woyzedorff Sermones de tempore

Rubrica est: " Incipit pars yemalis de tempore
Eximii doctoris Magistri Francisci de Woyze-
dorff". Verum non hyemalis tantum, sed etiã
estivalis sermonum pars habetur. Primus
incipit: " Cum appropinquasset Jesus Hie-
rosolymis &c: Hoc Evangelium bis legi-
tur in anno". In calce additur: " Woyze-
dorffer. De hoc Doctore nusquam aliquid
reperi.

Cod: CCC.

L 5. 2.

Chartac: Fol: Saec: 16.

Joann: Fabri Ep. Vienn: Constitutiones pro Collegio ad S. Nicolaum.

Joannis Fabri Episc: Vienn: Constitutiones,
quas convictoribus ad S. Nicolaum Viennae
observandas praescripsit. Incipiunt: " Nos
Joannes Fabri Doctor, Dei et sanctae Apo-
stolicae sedis Romanae gratia Episcopus Vi-
ennae Austriae. Finiuntur hisce: " Acta et con-
stituta sunt haec in arce nostra ad S. Vitum
supra fluvium Viennam prima die Novem-
bris, qua celebratur festum omnium San-
ctorum, anno a Christo Jesu nostro nato
millesimo quingentesimo quadragesimo. Octa-
vo vero nostrae Sexagesimo Secundo".

Joannes Faber, Ord: Praedic: Episcopus Vi-
ennensis, strenuus fidei contra Lutheri sectam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 299

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27652

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)